

municatum propter manus injectionem in clericum, ibidem in n. 6 in princip. per text. ibi, in princip. — cui plenè in aliqua Provincia commissum legationis officium, sive Abbas sit, sive Primas, quid facere possit, ibidem. — Papæ in Provincia, in qua mittitur, est iudex ordinarius, reservata tamen Papæ non tanget, ibid. — Papæ ea quæ gravia sunt Papæ remittere debet, v. ibidem ad fin. — Papæ concurrunt cum quolibet ordinario suæ Provinciæ, n. 6 ad fin. l. 25 tit. 9 part. 1. — qui non est de Latere non potest conferre beneficia, ibidem. — Et ibi quid si in commissione dicatur, cum potestate Legati de Latere. — Legatus licet ordinarius sit in sua Provincia, non potest advocare ad se causam motam coram iudice inferiori competenti, ibidem. — natus, scilicet propter privilegium sibi propter dignitatem concessum, beneficia non confert ex legationis munere, ibi in n. 8. — à Latere an possit conferre beneficium juris patronatus, et quid si tale jus sit mixtum, num. 7. l. 15 tit. 15 part. 1. — Non tamen poterit conferre beneficium juris patronatus alicujus laici, ibidem in num. 8 et 9. — Et quid si illud jus patronatus habeat ex privilegio, vel præscriptione, ibidem. — Legati ab aliquibus Regibus sunt benè tractandi, et ad hoc dantur litteræ sub forma, num. 22 juncta ibi, n. 4 tit. 18 part. 3. — Regis sunt de jure gentium inviolabiles, et qualiter incedere debeant, num. 4 l. 25 tit. 18 part. 3.

LEGATI, et ambasiatores idem sunt, et isti habent securitatem à jure gentium, et nemo eos impunè potest offendere, n. 4 l. 9 per text. ibi, tit. 25 part. 7.

LEGERE, et non intelligere, est negligere, num. final. l. 3 tit. 1 part. 1. — non debet magister ad pompam, sed ad profectum scholarium, et debet se aptare pro ingenio discipulorum, n. 2 l. 11 tit. 8 part. 5.

LEGES.	Lex nova, et antiqua.
Leges Partitarum.	Lex prohibitiva.
Leges fori, vel Regni.	Lex loci contractus.
Leges juris communis, vel civilis.	Lex derogat, vel derogatur.
Leges tolluntur.	Leges positivæ.
Leges fiunt, quando, qualiter, et per quos.	Lex canonica.

LEGES quare variant inter se, n. 4 l. 11 tit. 1 p. 1. — Lex an dicatur quæ nondum scripta est, n. 4 l. 4 t. 1 p. 1. — unde dicatur, n. 2 ibidem. — præsumitur edita cum maturitate consilii, n. 4 l. 8 tit. 1 part. 1. — præsumitur rationalis, nisi contrarium probetur, ibid. in n. 2. — nutritiva saltem peccati venialis non valet, dict. n. 2. — generalis solus Rex illam facere potest, statuta verò à quibuscumque fieri possunt, si habeant jurisdictionem, n. 4 l. 12 tit. 1 part. 1. — Legis virtus, n. 4 l. 10 tit. 1 part. 1. — Lex debet interpretari in sanioem et meliorem sensum, n. 4 l. 13 t. 1 part. 1. — scribi debet apertè, et clarè, et sine aliqua abbreviatura, n. 2 ibidem. — interpretari debet à condente, n. 4 l. 14 t. 1 part. 1. — non recepta à subditis, sciente et consentiente conditore, vires suas amittit, n. 4 l. 16 t. 1 p. 1. — disponens idem, quod jus divinum, etsi à subditis non recipiatur, eos ligat, neque aliqua dissuetudine tolli potest, ibidem in fin. — quando obliget ad peccatum mor-

tale, sive loquatur per verba præceptiva, sive per verba consultiva, vel exhortativa, n. 5 dict. l. 16 t. 1 p. 1. — et consuetudo conveniunt in casu finali, n. 4 l. 2 t. 2 part. 1. — Legis intellectus si sit dubius, propter id excusatur quis ignorantia juris, n. 4 l. 20 tit. 1 part. 1. — diocesana à qua exempti sunt religiosi, quæ sit, et quæ sit lex jurisdictionis, n. 4 cum aliis ibi, l. 2 t. 12 p. 1. — Leges debent communi utilitati deservire, n. 4 l. 2 t. 1 part. 2. — condere est de mero, et summo imperio, non de jurisdictione, n. 5 in fin. l. 12 tit. 1 part. 2. — si aliquid cum aliqua qualitate præceperint, debet utrumque probari, n. 2 in fin. l. 1 t. 15 part. 3. — loquentes de dictis divulgatis debent intelligi secundum consuetudinem regionis, n. 5 l. 4 tit. 16 part. 2. — Lex et consuetudo dat ordinariam jurisdictionem, n. 4 in med. l. 2 tit. 4 p. 3. — Leges Principis an possint limitare jus divinum, sive distinguere illud, n. 4 l. 29 t. 18 p. 3. — Lex que diversos patitur intellectus, an possit pro contraria alicujus legis allegari, n. 4 l. 13 t. 23 p. 3. — sive statutum, si puniat contrahentem matrimonium clandestinum, non comprehendit contrahentem sponsalia, n. 4 in præm. t. 1 p. 4. — quæ generaliter loquuntur, generaliter sunt intelligendæ, n. 4 l. 8 t. 4 p. 5. — Leges tituli C. si mancipium ita fuer. alien. ne prost. an sint approbatæ jure Partitarum, n. 2 l. 47 t. 5 p. 5. — generaliter loquentes, an intelligantur loqui in causa dotis in dotis præjudicium, n. 5 l. 53 t. 5 p. 5. — et jura civilia, an debeant observari in curiis mercatorum, glos. in præm. t. 7 part. 5. — quando privant aliquem hæreditate, possunt illam cuicumque velint dare, n. 4 l. 6 t. 7 part. 6. — per testatorem non possunt renuntiari, neque impedire poterit, ut in suo testamento locum non habeant, n. 4 l. 52 per text. ibi, tit. 9 part. 6. — Neque hoc à contrahentibus, vel à quibuscumque aliis fieri potest, dict. n. 1 per illum text. cum aliis gloss. ibid. — Et excepto Principe omnis homo est sub lege, n. 3 in princip. l. 32 tit. 9 part. 5. — Leges hodie concubinatum non permittunt, et sic crimen est canonicum et legale, num. 2 in præm. tit. 14 part. 4. — Et quare antiquitus simplex fornicatio non puniebatur, ibi n. 4.

LEGES PARTITARUM unde desumptæ fuerint, n. 21 in præm. Partitar. — erant defectæ in aliquibus partibus, quod emendavit avus meus, ut ipse dicit, in n. 3 l. 19 tit. 1 part. 1. — validatæ, et quòd per eas causæ decidi debeant; et alia in hoc v. per n. 2 l. 6 tit. 4 part. 3. — sumptæ sunt à legibus juris communis, et eas non intelliget, qui jus commune ignoravit, n. 2 l. 15 t. 6 p. 3. — quando de justitia loquuntur, debent intelligi de justitia in criminalibus, non in civilibus, n. 3 l. 42 tit. 16 part. 3. — quando loquuntur de exilio perpetuo, verificantur in deportatione, n. 6 l. 11 tit. 22 part. 4. — reprobandæ usuras, sicuti jus canonicum, et divinum, n. 2 l. 3 tit. 1 part. 5. — aliquando supplendæ sunt, n. 6 ad fin. l. 53 tit. 5 part. 5. — non corriguntur per leges Fori, nisi quando tales leges sunt usu receptæ, n. 3 in princip. l. 8 tit. 12 part. 3. — numquam præsumuntur velle corrigere jus commune, ubi illud non exprimitur, n. 4 l. 10 tit. 5 part. 6. — nunquam curarunt de bonorum possessionibus inductis à jure prætorio, num. 2 in fi-

nal, l. 2 tit. 6, et num. 4 l. 16 tit. 1 part. 6. — non censentur corrigere jus commune, nisi quando in eis illud expressum invenitur, n. 3 l. 9 per textum ibi, tit. 15 part. 6. — Et de pœna legis Juliæ de residuis, et legis Juliæ peculatus, quando locum habeat, gloss. l. 14 et l. 13 tit. 14 part. 7.

LEGES FORI, vel REGNI, et leges fori Castellæ servandæ sunt, quatenus inveniuntur usu comprobatae, et quis probabit talem usum, n. 4 l. 7 tit. 2 part. 1. — fori respectu probationis differunt à consuetudine, ibidem in med. — quod sint in usu, cui incumbat onus probandi, glos. magn. l. 7 tit. 2 part. 1. — Regni ligant subditos regni, et quid in rebus existentibus extra territorium regni, num. 4 l. 15 tit. 14 part. 5. — communes regni ignorare est culpa, sed consuetudines locorum regni non, n. 4 l. 24 tit. 11 part. 4. — Fori non observantur Cordubæ, n. 7 l. 26 tit. 11 part. 4. — non sunt leges, nisi probetur earum usus, n. 4 l. 14 tit. 12 part. 5. — Neque habent vim legum, nisi quatenus per leges Partitarum, vel Ordinamentorum, vel consuetudine constet approbati, num. 3 leg. 42 tit. 13 part. 5. — Leges regni deficientes, tunc ad jus canonicum recurrendum est, et non ad leges Imperatorum, n. 2 in fin. l. 8 t. 14 part. 5. — Fori non corrigunt leges Partitarum, nisi quando tales leges Fori sunt usu receptæ, n. 5 in princip. leg. 8 tit. 12 in part. 5. — non sunt leges, sed descriptæ consuetudines, et non probant nisi earum usus probetur per illum qui se fundat in eas, num. 3 l. 28 tit. 15 part. 7.

LEGES JURIS COMMUNIS, vel CIVILIS. — Leges juris communis, an valeant in regno isto ad id, ut secundum eas possit judicari, num. 2 l. 15 tit. 1 part. 1. — civiles permittentes homicidium ex aliqua causa, an tale faciens peccet mortaliter, n. 4 l. 3 tit. 16 part. 2. — Juris consultorum tanquam ratione naturali fultæ debent sustineri, non verò servandæ sunt, ut leges, n. 2 l. 6 tit. 4 part. 3. — Et ideo in curiis Regum, leges Imperatorum et jus civile non allegantur pro auctoritate, sed pro ratione. — Lex civilis potest legem divinam distinguere, et limitari in certis casibus, num. 4 quæst. 1 l. 18 tit. 1 part. 4. — an possit punire matrimonia clandestina, et quando earum pœna servanda sit, n. 3 l. 1 t. 3 p. 4. — punit hæreticos pœna mortis, quæ lex servatur de jure canonico, dict. n. 3 circa fin. dict. l. 1. — Leges, et jura civilia an debeant observari in curiis mercatorum, glos. in præm. tit. 7 part. 5.

LEGES TOLLUNTUR, et leges an tolli possint per statutum ab aliquo contra eas factum, n. 4 ad fin. l. 12 tit. 1 part. 1. — Lex disponens idem, quod jus divinum, etsi à subditis non recipiatur, eos ligat, neque aliqua dissuetudine tolli potest, n. 4 in fin. l. 16 t. 1 part. 1. — quando debeat tolli, et quibus intervenientibus, n. 2 l. 18 tit. 1 part. 1.

LEGES FIUNT quando, qualiter, et per quos, leges an possint fieri à Ducibus, Marchionibus, et Comitibus, n. 2 leg. 12 tit. 1 part. 1. — fieri possunt non solum à perpetuis magistratibus, et majoribus, sed etiam à temporalibus in concernentibus suum officium, et ex causa, ibidem. — à quibus fieri possint, gloss. final in fin.

dict. l. 12 tit. 1 part. 1. — Lex fieri debet ad communem utilitatem, num. 2 l. 9 t. 1 p. 1. — non debet in odium certæ personæ, aliàs ab ea appellari potest, ibidem. — generalis solus Rex illam facere potest, statuta verò à quibuscumque fieri possunt, si habeant jurisdictionem, n. 4 l. 12 tit. 1 part. 1. — Leges debent communi utilitati deservire, n. 4 l. 2 tit. 1 part. 2. — sive statuta an possint fieri à dominis terrarum, et quando, n. 5 l. 12 tit. 1 part. 2. — condere est de mero et summo imperio, non de jurisdictione, dict. n. 5 in fin. — solus Princeps in regno isto condere poterit, n. 6 l. 3 tit. 1 in part. 3.

LEX NOVA ET ANTIQUA: Et lex non alligat nisi post duos menses à die publicationis, n. 4 in princ. l. 20 t. 1 p. 1. — Leges posteriores augmentantes legitimam recipiunt intellectum, et limitationem per priores leges, n. 9 l. 7 tit. 15 part. 6.

LEX PROHIBITIVA, et lex si prohibeat quid fieri, neque pœnam imponat, et quod prohibetur est delictum, tunc punitur delinquens extraordinariè, n. 6 l. 11 tit. 23 part. 4. — simpliciter loquens semper censetur habere clausulam derogatoriam, et an annullativam actus, n. 7 in princ. l. 28 tit. 11 part. 5. — Et quid si lex ultra prohibitionem adderet pœnam, an tunc teneat actus, et tantum agatur ad pœnam, dict. n. 7. — Lex si prohibeat actum factum sine certa solemnitate, si sine ea fiat, an actus teneat, dict. n. 7 dict. l. 28. — Leges quando privant aliquem hæreditate, possunt illam cuicumque velint dare, n. 4 l. 6 tit. 7 part. 6.

LEX LOCI CONTRACTUS ligat ibid. contrahentes, num. 4 in princ. l. 15 tit. 1 part. 1. — Lex loci contractus matrimonii, vel leges ubi conjuges postea ad commorandum se transtulerunt, quales ligent, n. 4 l. 24 tit. 11 part. 4.

LEX DEROGAT, vel DEROGATUR, et leges an possint per alias leges sive per statutum derogari, n. 4 l. 14 tit. 1 part. 6.

LEGES POSITIVÆ, si contradicant naturali, an obligent in conscientia, num. 3 l. 7 t. 5 part. 6. — quæ non sunt nutrices peccati, ligant etiam in foro conscientiæ, dict. num. 3, et n. 2 l. 14 tit. 6 part. 6.

LEX CANONICA aliquid cum peccato non permittit, n. 3 l. 7 tit. 5 part. 6.

LEGISLATOR pudere non debet, si corrigerit per aliam legem, quod primo dixerat, n. 4 l. 11 tit. 1 part. 1. — facilis esse non debet in multando, leges corrigendo unam per aliam, aliàs sequeretur incommodum, ibidem in gloss. penult. dict. l. 11. — legem, quam condidit, servare debet, non vi coactionis, sed propria voluntate, n. 4 l. 16 tit. 1 part. 1. — tenetur vitare omne illud, propter quod lex sua subditis suspecta reddi potest, quibus legem imponit, n. 3 l. 16 tit. 1 part. 1.

LEGISTA merus an possit esse assessor in causa spirituali, n. 3 l. 2 tit. 21 part. 3. — Legistæ diversimodè gradus computant, quàm canonistæ, et quare, n. 3 per text. ibi, l. 5 tit. 6 part. 4.

LEGITIMA FILII deduci non debet de relictis per patrem, ut in tali loco fiat hospitale, si aliter sibi consulti possit, n. 4 l. 1 tit. 15 in part. 1. — hodie sunt omnia

bona patris excepta quinta parte bonorum, de qua parte disponere potest, n. 3 l. 8 tit. 16 part. 4. — filia an dicatur proprie ejus dos, n. 4 l. 8 tit. 4 part. 5, et n. 4 l. 5 t. 7 part. 6. — filii sunt hodie omnia bona patris excepta quinta parte bonorum, n. 12 dict. l. 8. — Neque potest pater etiam remunerando facere donationem in præjudicium legitimæ filiorum, n. 13 l. 5 tit. 4 p. 5. — Legitima an debeatur ascendentibus, quando ejus filius in religione decessit, an verò per monasterium excludantur, num. 6 l. 17 tit. 1 part. 6. — an debeatur filiis, statim quòd ejus pater fuit professus Religionem, an verò expectare teneatur mortem naturalem patris sui, n. 9 dict. l. 17. — filii hodie sunt omnia bona patris excepta quinta parte, n. 10 l. 17 tit. 1 part. 6. — Et quid de jure antiquo, n. 10 l. 12 tit. 5 part. 6. — Et an ista taxatio teneat respectu ecclesiarum, et clericorum, ibidem. — Et quid si relicta filii legitima titulo institutionis in quinta parte hæredem instituit, et bona aucta fuerunt, an filii aliquid habeant in isto augmento, vel an tale augmentum prosit hæredi extraneo, dict. n. 10. — Et valor legitimæ filiorum inspicitur secundum quod valebat tempore mortis patris, ibidem. — Legitima si non sit integrè relicta filiis, an filii agant contra hæredem, vel contra legatarios, et qualiter, ibidem. — debet filiis relinqui sine onere, vel conditione, per quam ipsa gravetur, n. 1 cum aliis ibi, l. 11 tit. 4 part. 6 per illum text. — Et qualiter filius in legitima sua possit gravari per patrem, qui ex Regis facultatem majoriam in alium filium fecit, an tunc debeat eis legitima sua sibi dari in proprietate, et quid si filius habeat aliunde unde se alat, dict. n. 1 dict. l. 11, et n. 3 l. 52 tit. 9 part. 6. — Legitima filii an videatur gravata ex eo scilicet, quòd pater in ea fecit sibi vulgarem substitutionem, ibidem in fin. dict. n. 1 dict. l. 11. — Et quid si filius instituatur vulgariter, vel compendiosè, et à primo gradu sit præteritus, an videatur institutus rejecta conditione, in qua facta fuit substitutio, ibi n. 2. — Et idem est dicendum in ascendentibus, vel in fratribus turpi persona à fratre instituta, ibidem in num. 5. — Et an, et quando in residuo ultra legitimam possit filius conditionaliter institui, et qualiter istud accidere possit, ibid. in n. 4 et 5. — Legitima filii an veniat ad substitutum ex pupillari substitutione, n. 2 ad fin. l. 7 tit. 5 part. 6. — filio debita, an possit tolli per statutum, vel minui, et quid si filius alias haberet unde se aleret, n. 3 ibid. — an debeatur mente captis, n. 6, 7 et 10 l. 11 tit. 5 part. 6. — an possit tolli filio militis ex directa militari, vel ex alia quacumque substitutione, n. 10 l. 12 ibidem. — filii non comprehenditur in substitutione fideicommissaria, dict. n. 10. — En an mater excludatur à legitima sua in bonis filii sui per substitutum datum filio impuberi in compendiosa substitutione, etiam verbis directis facta à milite, si veniat post filii pubertatem, n. 10 dict. l. 12 t. 5 part. 6. — Et an ad hoc, ut mater admittatur, requiratur quòd filius, cui datus fuit substitutus, adeat hæreditatem n. 10 in fin. — Legitima, et quarta Trebellianica, an veniant deducenda diversis temporibus, et quando, et quid hodie, ibid. in n. 23 dict. l. 12 tit. 5 p. 6. — Et an pater, qui restituit tertiam partem bonorum filii, vel

filii, qui restituit quartam partem, possint Trebellianicam deducere, ibidem in fin. — Legitima debita filio jure naturæ an sibi debeatur, etiamsi ipse, cum esset hæres patris, inventarium non fecit, et an iste tunc propter talem inventarii omissionem teneatur ultra vires hæreditarias, num. 3 l. 10 tit. 6 part. 6. — si per filium repudietur, an postea penitere possit, et illam acceptare, n. 1 l. 20 tit. 6 part. 6. — si sit à patre filio in vita sua data, an si postea illum prætereat ipse rumpat patris testamentum, n. 2 l. 10 tit. 7 part. 6, et n. 1 et 2 l. 5 tit. 8 part. 6. — non debet nisi prius deducto ære alieno, et an sit quota bonorum, vel hæreditatis, et de effectu, n. 1 l. 5 tit. 8 part. 6. — si sit filio relicta, an ipse à quærela inofficiosi testamenti excludatur, n. 1 l. 5 tit. 8 part. 6. — debet relinqui filio titulo institutionis, et quid præsumatur in debito, et an idem sit in legitima, quæ debetur parentibus, n. 2 dict. l. 5. — Et quid si testator dixit, *relinquo jure legitimæ*, an videatur relinquisse jure institutionis, ibid. in fin. — Legitima debita jure naturæ dicitur Falcidia, dict. n. 2 in fin. dict. l. 5 tit. 8 part. 6. — Et quid si minus legitima sit filio relicta, et pater prohibuit amplius petere, an tunc possit testamentum quærelare, vel agere ad supplementum non obstante prohibitione, ibidem in n. 9. — Et an idem sit, si relictum sibi minus legitima acceptavit, ibidem. — Legitima filii an debeat suppleri per hæredes, vel legatarios, n. 10 ibidem per illum text. — Et an filio, qui testamentum patris approbavit, in quo præteritus vel exhæredatus fuit, debeatur legitima, n. 5 l. 6 tit. 8 p. 6. — Legitima an debeatur filio, qui in omnibus bonis fuerat hæres institutus, si testamentum rumpatur, n. 4 cum aliis ibi, l. 7 per text. ibi, tit. 8 part. 6. — filii in minoribus ordinibus constituti, tempore quo licentia ad majoriam faciendam impetrata fuit, an per patrem minui possit, n. 3 quæst. 1 l. 52 tit. 9 part. 6. — Et an pater possit filiorum legitimam minuire faciendam majoriam, quando in impetratione facultatis ad eam faciendam de tali gravamine nulla facta fuit mentio, num. 3 quæst. 1 l. 52 tit. 9 part. 6. — Et an in legitima sit locus jure accrescendi, n. 6 l. 33 tit. 9 part. 6. — Legitima an à filio tolli possit, eò quòd voluntatem sui patris, cum hæres fuisset, non adimplevit, n. 4 l. 8 per text. ibi, tit. 10 part. 6. — Et an filius illam perdat propter negligentiam in exequendis legatis piis, dict. n. 4 dict. l. 8 tit. 10 part. 6. — Legitima non dicitur lucrum, sed quasi debitum, dict. n. 4 dict. l. 8. — filiorum propter libertates, vel propter alia minui non debet, n. 1 ad fin. leg. 1 tit. 11 part. 6. — Neque ob deducendam Falcidiam, n. 4 l. 4 t. 11 part. 6. — Et an fructus à filio vel patre percepti ex hæreditate, quam restituere teneatur, ipsi in suam legitimam computare teneantur, n. 8 l. 8 tit. 11 part. 6. — Et an hodie stantibus filiis, uxori pauperi debeatur quarta pars in bonis mariti, n. 9 l. 7 t. 15 part. 6. — Et an leges posteriores augmentantes legitimam recipiant intellectum per priores leges, dict. n. 9 in princ. — Legitima ascendentium quæ sit, n. 7 l. 8 per text. ibi, tit. 15 part. 6. — matris in bonis filii naturalis qualis sit, et qualis in filio, n. 3 et 5 l. 11 per text. ibi, tit. 15 part. 6.

LEGITIMA SPES, vide in verbo SPES.

LEGITIMARE an possit Princeps filium naturalem alicujus ad succedendum in majoria, vel in aliis quibuscumque bonis in uno casu, quem ponit, n. 9 in fin. l. 4 t. 15 part. 4.

LEGITIMATIO non valet invito legitimito, et an ratificare possit, n. 2 l. 9 tit. 18 part. 5. — quandoque generaliter conceditur, quandoque limitatè, scilicet, ad ea tantum, quæ pater velit, n. 3 dict. l. 9 tit. 18 part. 5. — quid sit, et an teneat licèt in legitimatione non sit clausula, scilicet, *restituo te primis natalibus*, vide n. 4 dict. l. 9. — non tenet si in ea non sit dictum, quòd pater alios filios legitimos habebat, n. 1 l. 36 tit. 18 part. 5. — per subsequens matrimonium benè naturam imitatur, et trahitur retrò, n. 9 in fin. l. 1 t. 15 part. 4. — requirit personam patris, ut extendi possit ad nepotem, n. 9 supradict. — an se extendat ad filium invitum, dict. n. 9 et 1 in princ. l. 4 tit. 15 part. 4. — licèt trahatur retrò per subsequens matrimonium quoad legitimationem filiorum, non tamen trahitur retrò quoad alia, ibid. — si cesset propter dolum ipsius, qui filio non legitimito succedere vult, an tunc ad Principem pro legitimatione sit recurrendum, etiam quoad succedendum in majoria, dict. n. 9 in fin. — an teneat si in supplicatione, quæ Regi datur, pater non dicat quòd concubina, ex qua habuit filium, quem legitimare petit, non vult cum ea contrahere, vel ex aliqua alia causa illud facere non potest, n. 8 l. 4 t. 15 part. 4. — an teneat si abfuit habitas ad matrimonium contrahendum, et hoc Principi in supplicatione legitimationis non dictum, ibidem. — benè se extendit ad filios spurios, sive incestuosos motu proprio, sive ad supplicationem patris, ibidem. — Et an tunc debeat apponi clausula, *non obstante*, vide ibidem. Et licèt Imperator legitimet incestuosos, non tamen poterit contra jus divinum inducere veram legitimationem, neque per fictionem, et quare, ibidem. — Et an in legitimatione debeat qualitas spurietatis exprimi, dict. n. 8 in fin. et n. 1 l. 9 tit. 18 part. 5. — Legitimito Regi petita, justum est, ut petenti semper detur, ibidem in n. 9. — quasi semper fieri solet in defectum legitimæ prolis, n. 9 l. 4 tit. 15 part. 4. — Et ideo de substantia legitimationis est, ut impetrans exprimat se habere filios legitimos, cum naturales legitimare petit, dict. n. 9 et 2 l. 6 ibid. — Et an cum fit legitimito, agnati sive alii, qui successuri sunt, debeant prius vocari, et citari, dict. n. 9. — legitimito an trahatur retrò, vel non, et quando sic, n. 10 l. 4 t. 15 part. 4. — facit filios naturales verè legitimos, non per fictionem, d. n. 10. — Qui in nihilo à legitimis differunt, ibid. in n. 11. — Et isti patris originem sequuntur, et amplius naturales sive spurii vocari non debent, d. n. 11 in princ. d. l. 4. — Et quid si aliquid impetrent, ut legitimi, non faciendo mentionem de præcedenti defecto, an teneat impetratio, ibid. — Legitimito an tollat deformitatem culpæ, et in quo legitimitus non æquiparetur legitimis, dict. n. 11 in princ. — Et an per filios legitimationem revocetur donatio virtute l. *si unquam, C. de evocand. donat.* vide ibid. in med. — Legitimito generalis non expressa nobilitate parentum, an extendatur ad hoc, scilicet ut filii legiti-

mati gaudeant nobilitate patris, ibidem. — an habeat locum in servis, si prius non legitimentur, et quid si pater petat legitimare filium, quem ex serva habuit, an eo ipso visus sit illum manumittere, ibid. in n. 13. — benè habet locum in filiis clericorum omnium, si fiat à Papa, vel ab Imperatore, vel à Rege nostro, et ad quid, n. 14 d. l. 4 t. 15 part. 4. — Et an et quando talis legitimitus ad dignitates, sive ad Episcopatus, non admittatur, et quando sic, ibid. in n. 13, 16 et 17. — Legitimito simpliciter data ad quæ possit extendi, et an legitimitus ad beneficium curatum possit habere dignitatem, d. n. — idem est, et importat, quòd dispensatio, d. n. 15. — Papæ non se extendit ad temporalia, neque in temporalibus locum habet, et quando sic, ibi n. 18 per illum text. ibid. et ibi etiam, n. 19. — per oblationem curiæ in quibus filiis locum habeat, et an hodie sit in usu: et alia plura in ista materia, vide per gloss. l. 5 t. 15 p. 4 et in l. seq. — per oblationem curiæ non potest fieri, nisi prius filii vel eorum mater manumittantur, si servi sint, num. 9 l. 5 t. 15 p. 4. — filiorum naturalium nonquam tenet, stantibus legitimis, nisi hoc Principi exprimat, nisi legitimentur per subsequens matrimonium, vel per oblationem curiæ, n. 2 l. 6 t. 15 p. 4. — filii naturalis facta à patre suo in testamento ejus, an valeat, si testamentum sit minus solemne, n. 3 dict. l. 6 t. 15 p. 4. — Quod erit quomodocumque illud ex verbis testamenti apparuit ibid. in n. 4. — Legitimito filii facta in vita patris, quam omnes legitime factam crediderunt, et ideo pater filium sic legitimum hæredem instituit, si postea appareat legitimationem invalidam ex aliqua causa, an tenebit ipsius filii institutio, et an in bonis patris succedere possit, n. 4 l. 6 t. 15 p. 4. — quando à principe petitur, debet illud ipse concedere, alias faciet petenti injuriam, vide ibid. in n. 6. — per instrumentum qualis, et ejus roboris sit, et qualis esse debeat, ut valere possit, n. 2, 3, 4 cum sequent. l. 7 t. 15 p. 4. — Et an filii sic legitimiti legitimi præsumantur à tempore, quo verba ista fuerunt prolata, vel an retrò ante, et sic ut matrimonium præsumatur præcessisse cum matre, ibid. in n. 7. — Et an sola verba patris sine dono Principis sufficiant ad legitimationem, et ejus sint effectus, d. n. 7 in principio. — Et an requiratur quòd tempore prolotionis talium verborum possit matrimonium contrahi inter patrem, et matrem istius filii, ita quòd possit esse ejus uxor; an verò sufficiat, quòd antea potuisset, licèt tempore prolotionis verborum esse non possit, d. n. 7 post princ. d. l. 7 t. 15 p. 4. — Et quid si pater non poterat honestè matrimonium contrahere cum concubina, ex qua filium, quem isto modo legitimare vult, habuit, ibid. — Legitimito filii an valeat, si amasia illum filium nuncupavit in suo testamento, vel in alio instrumento, sicuti est in amasio, et patre istius filii, dict. n. 7. — ista per scripturam, vel per assertionem patris, an habeat locum stantibus filiis legitimis, dict. n. 7. — Et quid si propter ipsius filii importunitatem pater illum legitimum nominasset, vel turbatus mortis cogitatione, ibid. — Et an contra istam assertionem patris admittatur probatio in contrarium, ibid. in fin. — Legitimito unius filii an ad